



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

23. Aprilis. 9. Cal. Maij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

*potest, quàm si se in veritate inve-* Cogni-  
*nerit: tantùm non dissimulet; non sit* tio sui.  
*in spiritu ejus dolus: statuatur se ante*  
*faciem suam.*

23. Aprilis. 9. Cal. Mayj.

**B** GERARDE: qui primùm sub In- *Circa*  
 stituto Benedictino, Floriaci Ab- *annum*  
 bas, majoris sanctimonix desiderio in- *1240.*  
 citatus, relicta dignitate, humilem Ci-  
 sterciensis monachi habitum, in mo-  
 nasterio Signiacensi assumpsisti. Man-  
 dato autem Apostolico Floriacum re-  
 vocatus, cum pro relaxando anathe-  
 mate, & obtinenda perseverandi in be-  
 ne ceptis facultate, Romam, a fello ve-  
 hente, peteres: nec gratiam multis pre-  
 cibus impetrares: diu in deserto quo-  
 dam mapali, tanquam à consortio fi-  
 delium ejectus, cum bruto tuo latens,  
 totum id tempus fletu, atque admiran-  
 dis poenitentix operibus, transegisti.  
 Quibus ad Pontificem delatis, honore *Mortuo*  
 ficè absolutus, ac Signiacum reversus, *mira-*  
 tantam affecutus es sanctimoniam: ut *cula*  
 miraculorum frequentix modum, ne *prohi-*  
 quies & observantia religiosa turbare- *bentur.*  
 tur, jam mortuo imponere Obedientia  
 debuerit. *Utinam ego vel vivus discerem*  
*humili*


Obedi- *humili, sincero, & simplici corde obedirel*  
entia. *quàm letus expectarem suo tempore, pro-*  
*missam sinè tempore, sinè fine, obedientia*  
*sanctæ mercedem!*

Obijt *B. R O G E R I, Abbas Trium Fonti-*  
circa *um: quem, cùm apostolicus ille Pisca-*  
annum *tor hominum BERNARDUS, in*  
1127. *primam capturam, Verbi divini rete*  
*Catalauni explicaret; unà cum alio-*  
*rum, nobilitate generis insignium co-*  
*horte, ad Claramvallem deduxit: ac*  
*non ultra triennium enutrito, primæ,*  
*sanctissimæ suæ generationis, Filiæ de-*  
*signavit Abbatem. Brevi quidem re-*  
*gimine: quo tamen cœleste regnum te*  
*adeptum esse, non dubitavit affirmare*  
*mellifluus Prens in epistola, qua tri-*  
*stes tuo decessu orphanos inter alia his*  
*verbis consolatur. [ Etsi translatus est,*  
*non tamen ablatus: tamen, qui vobis*  
*fuerat specialis, erit communis & no-*  
*bis.] Esto & mihi communis. Aperi mihi*  
*Tres Fontes Salvatoris; ex quibus bibam*  
*illius amorem, timorem, & imitationem.*  
*Confortabor hac aqua vitali: ut merear*  
*amorem reciprocum; mori non timeam; se-*  
*quar ad gloriam.*

Tres  
fontes  
Salva-  
toris.

*S. BERNARDUS, ser. 20. in Cant.*  
*Disce, ô Christiane, à Christo, quem-*  
*admodum diligas Christum. Disce a-*  
*mare*

mare dulciter, amare prudenter, a-  
 mare fortiter. Dulciter; ne illecti: Christus qui aman-  
 prudenter; ne decepti: fortiter; ne op- pressi,  
 pressi, ab amore Domini avertamur.



24. Aprilis. 8. Cal. Maij.

**B**HONORATE, Clarævallis Con. *Floruit*  
 verſe: qui devotionem in precibus circa  
 ita miſcebas labori, ut gratum DEO *annum*  
 ſacrificium utrobique offerres. Quod *1185.*  
 tibi jam ſeni indicare dignatus eſt Ser-  
 vator humani generis, in eo corporis  
 habitu tibi apparens, in quo videri vo-  
 luit, dum ſalutem noſtram olim ope- *Christi,*  
 ratus eſt in medio terræ. Quem cum ſibi ap-  
 ſupplex venerareris; ſacroſanctâ tuâ *parētis*  
 dexterâ te benedicens, bono eſſe ani- *manū*  
 mo juſſit, utpote brevî ſecum in cœlo *oscula-*  
 regnaturum. Tu verò gaudij immenſi- *tur.*  
 tate abſorptus, in ſimplicitate cordis,  
 divinam manum apprehenſam, devo-  
 tiſſimis oſculis preſſiſti. *Apprehende e-*  
*tiam nunc dexteram illam ter benediſtam:*  
*reple animam meam benediſtione tam co-*  
*pioſa, quæ à me in æternum nunquam re-*  
*cedat.*

B. BRUNO, Archiepiſcope Colo- *Ob. año*  
 nienſis: qui cum poſt annuam mune- *1199.*  
 ris